



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ
Præcones**

Stengel, Georg

Ingolstadt, 1645

§. 11. Ipsos sæpe homines ventorum ac tempestatum, & tenebrarum esse
procuratores.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52365)

quæ bona esse mali non patiuntur. Ab hominibus discunt sæuire.

§. X I,

*Ipsos sæpe homines ventorum ac tempestatum,
& tenebrarum esse procuratores.*

Senec.
lib. 5. natura. qq. c.
18.

Vide &
Cardan.
de subtili.
lib. de demoni-
b.

Sapienter Seneca ait: *Non queri possumus, de auctore nostri Deo, si beneficia eius corrumpimus, & ut essent contraria, efficimus.* Et rursum: *Si beneficia natura, utentium prauitate perpendimus, nihil non nostro malo accepimus. Cui videre expedit? Cui loqui? Cui non vita tormentum est? Nihil inuenies tam manifeste utilitatis, quod non in contrarium transferat culpa.* Sic ventos quoque natura bonos futuros inuenerat; ipsi illos contrarios fecimus. Neque venti tantum irritantur, sed etiam lucidus aër, quem tenebriones, atrocissimorum auctores facinorum, & opera tenebrarum obscurant. Refert enim M. Paulus Venetus, Tartaros adeò pollere dæmonum præstigijs, ut quasi lumen de cælo reuellant, tenebras, cum velint, & ubi velint, inducant, diemque ipsum extinguant, quare non neminem, à latronibus, hac arte circumuentum, vix euasisse; alios, velut loliginem sepia tectam, ita caligine velatos effugere, nec ab ullo cer-

ni.

ni. Cui rei testis accedit Haitonus vir gra-
uis, qui in sua Sarmatarū historia, inclinātā
iam aciem Tartarorū, in prælio, vexillarij
præcantatione, dum tenebras offunderet
obscurissimas, restitutā, & victricē factam,
litteris prodidit. Ab hominibus ipsis hæc,
in aëre procurantur; sua ergo, non DEI ope-
ra, accusant, quando aërem caliginosum ac-
cusant; quia ipsi, cū malè agant, dile-
xerunt magis tenebras, quàm lucem, & lu-
ce, & tenebris abutentes. Nam omnia, pra-
uis, fiunt *in arcum prauum*, qui telum re-
torquet in jaculantē: ita enim & illi lædun-
tur ab vsura omnium creaturarum.

§. XII.

Tenebris homines, in multis rebus etiam bonis,
Januari.

Alium in finem, aliū in vsum mundi Ma-
chinator diuisit lucem à tenebris; quando ap-
pellauit lucem diem, & tenebras noctem. Nam
vtriusque author est DEVS, cui dicitur:
Posuisti tenebras, & facta est nox; itemque:
Tuus est dies, & tua est nox. Vnde iure alij,
atque ex debito cecinerunt: *Benedicite noctes*
& dies Domino. Quid ita? quia plurimas &
ipsa nox habet utilitates. Eo tempore, aër,
terra, aquæ, bestia, & homines, à diurnis æ-
sti-

Psalms

77.

Gen. 1. 4.

Psal. 103.

20.

Dan. 3.

71.

sti-